



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Titvlvs XVIII. De locato & conducto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

luscipere non cogitur, l. si parentes 20. C. de evict. Donellus in l. ff. status, num. 2. C. cod. titulo; & runc sumptus, & expensas litis emptor litiganti præbere tenetur, dicta l. 1. C. de evict. Nec obitum augumentum difficultatis, nam certum est, pacto caveri posse, ne vendor de evictione tencatur, dicitur. Herenius. Ratio est, nam quamvis ex natura contra quos emptionis evictio competit, etiam dea nominatio non agatur, l. non dubitatur 6. C. hoc ist. tantum cum tale pactum sit de re privata, nec contra bonos mores debet observari, præcipue cum pactum hoc non detur circa substantia, sed circa accidentalia, nisi vendor sciens cum dolore rem alienam vendat, l. in qua 43. ult. ff. de contrah. emptione, l. 1. s. ult. l. tenentur 6. s. ult. ff. de a. 3. b. m. empti. Etiam non obstante simili pacto tenetur vendor pretium refundere, & restituere, l. exemplo 11. alias emptorem 12. s. ult. ff. de action. empti. Covar. dicto lib. 3. var. cap. 17. num. 2. Guzman de evict. q. 31. num. 15. Quelada dicta q. 10. num. 6. Licet enim praedicta generali conventione pretium non sit exceptum, quia tamen in generali obligatione semper id, quod iniquum est, exceptum videtur, quasi de eo contrahentes non

tenserint, l. in omnibus, l. quotiens, ff. de reg. iur. recte superior conventio ita accepta est, ut contrahentes de pretio non reddendo non senserint: si autem specialiter convenierit, ut pretium non restituatur, pactum sustinetur, quasi transclusa emptione in donationem, l. pacta 72. ff. de contrah. emptione. Nec obstat textus in l. qui liberatibus, ff. hoc titulo, ubi docetur, renunciatione evictionis facta venditorem ejus nomine nullo modo reneri. Nam omisis solutionibus relatis à Coyar, dicto cap. 17. num. 2. dicendum est juxta supra tradita, de evictione non tenerie casu venditorem, pretium tamen refundere omnino compelli, ita ut in ea specie licet damnæ, interesse, & meliorationes non præstentur, pretium tamen semper restituatur. Nec mirum est, illud ab Scavola in eo texto specialiter expressum non fuisse, quia in eo textu, & sequentibus solùm egit de casibus, in quibus venditor statuliberi ob celatum ejus conditionem, vel expressam deteriorem, aut melioram, tenetur, vel non, de quo etiam agunt Consulti in l. fundus 46. l. cum ubi, l. qui alterum 54. s. 1. ff. de evict. l. si decem 10. ff. de statulib.

## TITVLVS XVIII.

De locato &amp; conducto.

## CAPVT I.

(a) Clemens III.

**E**x rescripto litterarum p[re]i recordationis (b) P[etrus], quondam Tusculan[us]. Episcopi nobis innocuit, quod cum civitatem Bon. tempore sua legationis intraslet, inventit fuisse ibi a bonæ memoria (c) Vv. quondam Portuen. Episcopo constitutum, & sub excommunicatione prohibitum, ne aliqui scholares hospitia majoris mercedis promissione conducerent, ut ea sibi, vel majoris gloriæ studio, quasi potentiores in expensis apparere volentes, vel privatæ utilitatis commodo vindicarent. Unde ipse sollicita provisione considerans, quod hujusmodi conductionis improbitas, & discordia somitem, & impedimenta non modica pareret studiorum. prædictam (d) constitutionem legatio, quâ fungebatur Sedis Apostolica confirmavit perpetuis temporibus, sub pena decernens anathematis observandum, ut nullus Magistrorum, sive scholarium super conducendis aliorum hospitiis in laisionem, vel præjudicium habitantium, audeat hospitem convenire, nisi prius consenserit tempus conductionis elapsum, vel inquilini in hoc suum præstiterit favorem, & consensem. Que circa nos, qui detestabiles versatias bona fidei contractibus inimicas, non solùm in clericis, sed etiam in quibuslibet mercatoribus condemnamus, prædictam constitutionem à præfato Portuen. Episcopo factam, & demum à iudicio Episcopo Tusculano confirmatam, ratam esse decrevimus, & eam auctoritate Apostolica confirmamus, statuentes, ut à te, frater Episcope, & tuo quolibet successore singulis (e) annis in communia audiencia Magistrorum, atque scholarium præsens pagina recitetur, & prætaxata pravae conductionis improbitas, innovata excommunicationis sententia reprimatur. Nulli ergo omnino hominum licet paginam nostram confirmationis infringere, &c.

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III, Pars I.

Ec

NOTÆ.

## N O T A E.

- (a) **C**lemens III.] Ita etiam legitur in secunda collectione, *sub hoc tit. cap. unico*, nullib[us] tamen exprimitur cui referat Clemens III. faciliter tamen ex textus serie cognoscitur referere Episcopo Bononiensi, Joanni videlicet Ecclesiae Bononiensis Praefuli. De ipsa Ecclesia nonnulla notavi in *cap. 17. de foro compet.*
- (b) **P.**] Petri videlicet Papiensis, qui ab Alexandro III. creatus fuit Episcopus Tufculanus anno 1178, ut refert Vghellius *tom. 1. Italia, in Tuscanian. Ecclesia, num. 14.*
- (c) **Vv.**] Vvillelmus videlicet Papiensis, ex ordine Cisterciensi monachus, Diaconus Cardinalis ab Hadriano IV. electus, postea Presbyter Cardinalis sancti Petri ad Vincula, demum Episcopus Cardinalis Portuensis, ac sancte Rufinae ab Alexandro III. electus est anno 1176. Hic pluribus legationibus apud Fridericum Imperatorem functus est, & ab Alexander III. missus in Galliam, Britanniamque, ut ea regna ad cultum veri Pontificis adduceret. Demum sub vita finem conventui Bononiæ habito, mox & Venetiis interfuit, ut suis consiliis toti Ecclesiæ paterner tranquillitatem, ut ex Sigeberto, Roderico Fisingensi, & Baronio refert Vghell. *tom. 1. Ital. sacra, in Portuensi Ecclesia, num. 31.*
- (d) **Constitutionem.**] Legati enim possunt nova

statuta condere, & antiqua confirmare, ut probavit in *cap. final. de offic. Legat.*

(e) **Singulis annis.**] Ultra triannam enim monitionem, que præcedere debet quancunque censuram ab homine ferendam, desideratur in praesenti generalis hæc denunciatio, ad subditos certiorandos de speciali hoc statuto, ut alii relatis docuit D. Joseph. Vela *tom. 2. decisi. Hispan. dissert. 44. num. 74.*

## COMMENTARIUM.

**B**ononiensem Academiam magnis ditarunt bopibus, & ornaverunt privilegiis Pontifices, & Imperatores, ut debitum laudibus studium illud extollentes referunt Vghel. *tom. 2. Italia, in Ecclesia Bonon. Hieronymus Oforis, Papirius Mason, & alii congeta à Patre Mendo de jure Academicò lib. 1. q. 2. num. 16. inter quæ non exiguum est, quod refertur à Clemente in praesenti. Sed cum constitutio haec localis sit, ut etiam alias relatæ in *cap. quis clericis 9. de foro compet. cap. final. de Magistris. l. 1. §. ult. ff. de censibus*, specialemque contineat gratiam, generalem ex ea regulam deduci non debere, iam post alios docuit Anguianus *lib. 2. de legibus, cap. 17. num. 105.* Simili etiam privilegio studentes in florentissima nostra Academia Salmanticensi potuerunt, ut ejus Primarius Doctor Garanna in praesentino notavit.*

## CAPVT II.

Honorius III. Abbuti, & Conventui Sancti(a) Petri de Pratellis,  
Lexov. diæcessis.

**V**stra nobis relatio declaravit, quod cùm ad (b) firmam dare consueveritis vestrum fructus decimaru[m], diæcessani locorum statutum quoddam de hismodi decimis non locandis parochialibus presbyteris ediderunt, per quod utilitas vestra non modicum impeditur; quare super hoc Apostolicæ provisionis remedium imploratis. Nos igitur utilitates vestras nolentes indebitè impediri, auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut statuto hujusmodi non (c) obstante, vestrum (d) decimaru[m] proventus liberè locare possitis quibus vobis expedire videritis, & cum quibus Ecclesiæ conditionem poteritis facere meliorem; ita tamen ut hujusmodi locatio ad feudum, vel alienationem non valeat extendi.

## N O T A E.

- (a) **S**ancti Petri.] Perperam textus hic in sexta collectione tribuitur Innocentio III. cùm sit Honorii III. & reperiatur in quinta compilatione, *sub hoc tit. cap. 1. apud Cironium*, ex quo ita eum transcribo. Malè etiam in eadem sexta collectione habetur de Pratell. Lundon. diæcessis, cùm legendum sit, de Pratellis Lexoviensis diæcessis. Abbatia enim haec Sancti Petri est Ordinis Divi Benedicti, in diæcessi Lexoviensi, sub honore Sancti Petri Apostoli constructa ab Hunfrido de Verulis anno 1055. ut refert Tamburinus in serie Abbariarum, verbo Lexoviensis, Fratres Sarmat. *tom. 4. Gall. Christiana, fol. 256.* Ejus etiam mentio fit in *cap. nostro, de pœnit. & remiss.* Raymundo ejus Abbatii in præsenti rescribit Honorius.

(b) **Firmam.**] Hujus vocis mentio etiam reperi-

tur *cap. 24. de decimis, cap. 7. de iureparon. cap. 6. ne Clerici, vel Monachi, Clement. unio. de exec. Pratal. eam tamen variè exponunt Interpretes. Cironius in notis ad hunc textum, exhibet, hanc vocem esse Saxoniam, significareque mercedem quamlibet, five consistat in frumento, & alijs redditibus, five in pecunia numerata; quo casu firma alma dicitur in legibus Schotorum *lib. 2. cap. 41.* Cujacius hic, ad firmam dare explicat pro locare sub mercede, five pensione certa, & firma. Alexander Chaffaneus ad firmam locare, esse præfata fide pacifici in ipso contractu in continent, ne ulli ex contrahentibus licet ut beneficio legis 34. C. hoc titulus sed locatio omnino firma habeatur. Eo in sensu clericos firmarios dixit Vvillelmus Malmesburg. de gest. Reg. Angl. l. 4. ibi: Nullius clericus, nisi canonicus; nullus clericus, nisi (ut verbo parum Latin. sicut) firmarius.*

(c) Non

(c) *Non obstante.*] Sed Episcopus statuta in sua diecesis condere potest, cap. quanto, de his quae sunt à Prelat. cap. cùm dilectus, de consuet. cap. final. de his quae sunt à majori parte, cap. cùm omnibus, de consue. cap. 2. §. statuto, eodem titulo in 6. ergo statutum, de quo in praesenti, obseruantur. Pro cuius difficultate solutio se-quentes casus notandi sunt. Primus est, cùm Episcopus contra ius committit statutum quod nec per se, nec in Synodo facere potest, cap. Super Eccles. inde cùm Episcopus contra ius commune nihil statuere possit, dicto cap. quod super his, de major. Et obed. merito non obstante praesenti statutum possunt clerici liberè fractus locare; quia tamen illud ius commune in favorem ipsorum latum erat, ideo si ipsi Episcopo statuenti contentient, statutum servare tenerentur ob renunciacionem presumptam juris communis. Nec huc solutioni obstat textus praecedens, ubi statutum circa locationem factum iuri communis contrarium sustinetur. Nam respondendum est, statutum mihi sustineri, quia erat locale, in favorem tantum Academæ Bononiensis factum.

(d) *Décimarum.*] Id est, Ecclesiarum, ut expositi in cap. 1. de his quae sunt à Prelat. ubi & in cap. ad nostram, de rebus Ecclesie, Commentarium hujus textus dedi, & in cap. 6. de clericis, vel monachis,

## CAPVT III.

## (a) Gregorius IX.

Propter sterilitatem afficiem magno incommodo conductores, vitiò rei, sine culpa coloni, seu casu fortuito contingente, colonis Ecclesiæ tuæ pro rata penitentis remissio est facienda, nisi cum ubertate precedentis, vel subsequentis anni valeat sterilitas compensari.

## N O T. A.

(a) *Gregorius.*] Non videlicet, qui præsenti constitutionem deproprio ex l. 8. C. hoc tu. l. ex conducto, §. 1. l. simercis, §. vis major, ff. hoc tit. ut jam notavit Cujacius hic.

## COMMENTARIUM.

*Ex* prima parte hujus constitutionis sequens communiter deducitur disputanda assertio: propter sterilitatem absque culpa conductoris contingente remittetur pensio prorata, nisi possit cum ubertate precedentis, vel sequenti tempore compensari. Probant eam textus in l. ex conducto, §. 1. ff. 2. & §. Papinius, l. simercis, §. vis major, cum sequenti, l. simercis, ff. hoc tit. l. 8. C. eodem. Condonat lex 22. tit. 8. part. 5. Illustrant ultra congestos in praesenti à Barbosa in collect. Et letti, Giurba obseru. 24. num. 8. Capycius Latro decisi. 19. num. 24. Solorzanus de jure Indiarum, tom. 2. lib. 1. cap. 19. ex num. 47. Valeron de transact. lib. 1. q. 1. num. 22. Marinis lib. 2. refol. cap. 178. & tom. 1. decisi. 84. Rothomarus lib. 4. obseru. cap. 21. Faber in suo Codice, nr. de locato, & de erroribus, decad. 8. error. 8. Molina de iusti. D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Part. I.

zia, 2. tom. disput. 495. Castillo lib. 3. quoniam. cap. 3. ex num. 19. Connarus lib. 7. comment. cap. 11. num. 15. Cujacius hic, & in l. 7. C. hoc tit. & lib. 15. obseru. cap. 28. Mancinus lib. 1. gentil. cap. 17. Et 32. Vifembach. disput. 36. num. 18. Naten. in justitia vulnerat. fol. 79. Gibalinus de usuris, lib. 3. cap. 8. art. 3. Narbona in l. 7. tit. 4. lib. 3. recopil. Solarzatus de jure Indiarum. lib. 2. cap. 19. num. 37. & lib. 2. polit. cap. 20. Amaya lib. 3. obseru. cap. 3. Canifius ad hunc textum, Phebo tom. 2. decisi. 166. Gaspar Mancinus in tract. ururum debitor excusat propter defactum fructum, Farnaciatus in repeti. de contractibus, q. 4. per tot. Tapia tom. 2. lib. 5. q. 22. art. 7.

Sed pro dubitandi ratione ita in praesentem textum insurgo. Si fructus, seu proventus rei impugnatæ locatae insolito modo crescant, non augetur <sup>tur</sup> tradita pensio, que à principio inter contrahentes con-<sup>affatio</sup> venit, l. simercis 28. §. vis major, ff. locati, probant sà verbo *Conductio*, num. 12. Rebellus de justitia lib. 14. cap. 17. num. 1. Lugo eodem tract. disput. 29. num. 52. Gibalinus dicto lib. 3. cap. 8. art. 2. Igitur ut aqua sit conditio locatoris, & conductoris, propter sterilitatem contingente sine culpa conductoris, non debet minui pensio. Augetur haec difficultas ex eo, nata emphyteuta,

Eccl. qui

qui tempestatem passus fuit, aut vitium cœli, integrum canonem perfolvit, nec ullam remissionem confequitur, l. i. C. de iure emphyte. Maninus cent. i. genial. cap. 32. Igitur similiter conductor ob sterilitatem virtu cœli contingenter à solutione integræ pensionis liberari nequit. Deinde difficilis redditus ea pars, ubi docetur compensationem fieri debere cum tempore majoris ubertatis, ex l. clementiam, ff. de tritico, vino legato, ibi: Cum certus numerus amphorarum vini legatus esset ex eo, quod in fundo Semproniano natum esset, & minus natum esset, non amplius debet placuisse. Et si debitor, . verosimile, ff. de contrah. emptione. Igitur & in cañu locationis non debet fieri compensatio sterilitatis cum ubertate.

Decanis  
sterilitatis.

Adhuc tamen defendenda est præfens Gregorii constitutio, pro cuius illustratione sciendum est, mercedem conventam tempore locationis solvendam esse integrè à conductore, nisi justis ex causis minuatur, inter quas præcipua est sterilitas, qua ex diversis causis provenit, veluti ex virtu cœli, nihil enim est, quod magis cœli injuria paterat, quam fructus terra. D. Augustinus in Psalmo 68 ubi de frumento ait: Labore magnometitur, portatur ad aream, tritatur, ventilatur post tanta pericula cœli & tempestates. Quæ causæ communiter eventiunt ob nimiam pluviam, solis ardorem, siccitatem, vel calma, l. ex conducto 15. §. si vis, l. si merces, §. si vis major, ff. hoc iu. qua vulgo appellantur vis major, seu vis magnæ tempestatis, l. verum 11. §. si locupleti, ff. de minor. l. si ut certo 5. §. quod vero, ff. commodati, l. si quis domum 9. §. Julianus, l. si fundus 33. infine, ff. locati, l. 3. ff. de fundo instruclio, l. suminis 24. §. Lucius, ff. de damno infecto: cœli vitium dixit Imperator in l. licet 8. C. hoc iu. Hanc vim majorem Græci Dei dixerunt, id est, iram divinam, eo quod non ab homine, sed cœlitus dimissa est, ex speciali ira Dei, ut ait Theophrastus relatus ab Alciato lib. 2. de prætermissis. in dicto §. vis major. Faciunt Plinius lib. 18. bis. cap. 28. ad finem, ibi: Daugenæ effe cœlestis injuria nemissæ debemus; unum, quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procelle, cateraque similia intelliguntur, qua cum acciderint, vis maior appellantur. Ovidius lib. 15. Metamorph. Jovis iram appellavit, ibi:

Jam que opus exegi, quod nec Jovis ira, nec ignes,  
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas,  
Vel quod frequenter est, si rubigine, nixe, immoderata pluvia, aut siccitate insolita, repentinis incendiis, ventorum flatibus, uredine, & fluminis inundationibus vastati fuerunt fructus, qua singula, qualia sint, exponunt Cujacius lib. 15. obser. cap. 28. & in l. 5. C. hoc iu. Hothomanus lib. 4. obser. cap. 16. Petrus Gregorius lib. 36. syntagm. cap. 25. Amaya dicto cap. 3. num. 5. Ad hanc etiam vim divinam spectant animalia, qua frequenter edaci pernicie legetes, vineta, & reliquas arbores destruunt; quo in numero sunt graculi, sturni, grues, passeræ, raucae, rucæ, & alia avium & vernum agmina, inter quæ frequenter est locularum cohortes, qua peste agrorum dicitur in l. excepto 18. C. hoc iu. de quibus Plinius lib. 10. cap. 39. Diraque messibus contingunt nube, multa contactu adarentes, omnia vero mortu eradentes. Arnobius lib. 1. A loculis & muribus omne genus occiditur, atque arroditur frugum. Plura de ipsis

congerunt ex politioribus Ludovicus Vives in noto ad D. Augustinum, lib. 16. de civit. Dei, cap. 43.

Stuchius lib. 2. antiquit. conviv. cap. 9. Simon Majolus dierum canonic. colog. 1. & 5. Lælius Bisciola lib. 17. hor. succ. cap. 21. Fornarius lib. 6. rerum quæd. cap. 27. & contra illas superstitionem esse excommunicationis lententiam profere, probant, & alii relatis illustrant Araujo tract. 2. q. moral. q. 16. Theophilus Raynaudus tom. 14. tract. de litteris monit. cap. 12. per totum.

Etsi legamus Sanctum Bernardum muscas excommunicasse, quæ infecta cuidam Oratorio erant, referente Guillermo Abbatte S. Theodori lib. 1. in hac verba: Venient aliquando Fuscina cum, quæ est Abbatia una de primis, quam ipse edificauit, in Laudonensis territorio sita. Cumque ibi

dem Oratori dedicatio pararetur, ita illud occupaverat multum incredibile multitudo, ut earum fontes, improbusque discursus gravem nimis introcuntibus molestiam generaret: nullo ergo succurrente remedio, dixit Sanctus, Excommunico eas: & manebant omnes mortuas inveniuntur. Romani, ut locutas amolitentur, grandinem, rubiginem, & rauas fugant, propriæ numina, propriaque sacrificia habent, quæ copiosæ & eleganter post

Plinium lib. 11. cap. 28. & 40. & lib. 18. cap. 17. & 25. prosequitur, & illustrant Jacob. Durantius Cafel. lib. 2. variar. cap. 10. ad quæ referendam putat legem eorum 4. C. de maleficis. Sed & Horatius, quem Durantius non refert, lib. 3. carm. od.

23. eundem morem respiciens sic ait: Cœlo supernas situlerus manus  
Nascente Luna, rusticæ Phisile;

Si thura placaris, & ornæ  
Fruge lareis, avidaque porca,  
Nec pestilentei sentiat Africum  
Fozunda viuis, nec steriles seges

Rubiginem, aut dulces alumnæ  
Pomifera grave tempus anno.

Quod sanè mirum non est, si persuasum sit, quod ad educendas aquas Manali lapide, qui juxta portam Capenam erat, utebantur, cuius meminerunt Eftus Pompejus his verbis: Mañalem etiam lapidem vocabant petram quandam, qua erat extra portam Capenam, juxta adem Martis, quam cum propter nimiam siccitatem in urbem protraherent, insequebatur pluvia statim; enique quod aquæ manaret, Manalem lapidem dixerit. Fulgentius ibi: Manale Labeo, qui disciplinas Heruicas Tagetis, & Bafdis quindecim voluminibus explicavit, ita scribit: Fibra Jocinoni Sandaraci coloni dum fluant, Manale tunc vertere opus est peretas, hoc est quas antiqui solebant in modum cylindrorum per limites trahere pro pluvie communianta noxia. At quantum haec Romanorum superficiali ridicula esset, his quæ sequuntur verbis satis Seneca ostendit lib. 4. natur. quæst. Rudia adhuc antiquitas credebat, & atrabi imbras contibus, & repellit: quorum nihil posse fieri tam placet est, ut hujus res causâ nullius Patris schola intranda sit.

Etiam sterilitas contingit ob casna, seu terrena hiatus, de quo in l. final. ff. hoc iu. l. licet 8. C. de iure emphyte. Amaya dicto cap. 3. num. 9. Et licet l. ex calma cum labo confundat Budeus in dicta l. ex conduto, Cujacius tamen lib. 15. obser. cap. 28. & in l. 9. ff. de verb. oblig. inter utrumque dampnum differentiam constituit, docens labem, est aliquando ad terræ hiatus referri soleat, l. final. ff. locati; propriæ tamen quamcunque calamitatis causam

## **Tit. XVIII. de Locat. & Conduct.**

329

causam significare, dicta l. ex *conducio*, s. sed si  
labe, l. *labe*; C. *locati*, ibi : *Ut singula labae tem-  
pestat*. *Cafma* verò ad ingentis terra recessus  
refertur, & qui non tam fundum labefactare,  
quām deglutire & absorbere videantur. Unde  
cahma à *Plauro* vocatur; quo respiciens Virgilis  
in lib. 8. *Aeneid*, ait :

*Non secus ac si qua penitus vi terra dehis-  
cens.*

*Infernus reseret sedes.*

Quibus adstipulantur quæ de ingentibus terra  
haicibus referunt Plato lib. 2. de Repub. Cicero  
lib. 3 de offc. Livius lib. 7. Paulus Orosius lib. 3.  
cap. 5. Lactantius lib. 3. cap. 13. Valerius Maximus  
lib. 5. cap. 6. Contingit etiam frequenter sterili-  
tatis vi humana, veluti si incuria hostium de-  
valuet ager, vel ab eis occupetur, dictio y. se-  
quis, in rebus 18. ff. commodari, l. perinde 34.  
ff. hoc sit. l. cum unus 12. §. final. ff. de rebus au-  
torum iudic. 1. l. §. is verò, ff. de ob. & ab. aut  
si belli vicinioris causâ fundus incultus relinquatur,  
vel si exercitus nostrorum transiens, non  
contentus distributionibus, quas rufuci ex fru-  
ctibus facere solent, de quibus in l. si penden-  
t 17. 3. ff. de usfruct. juncto Revardo lib. 3.  
concl. cap. 6. vel propter inimicitias, seu pro-  
pter lasciviam agrum devastaverint, dicta l. ex-  
conduta, §. si vis, hoc titulo, dicta l. si pendentes,  
§. 3. l. 2. C. de pascuis, lib. 11. vel si incurion  
latronum devastatio contingat, l. damnum 12.  
C. hoc sit. l. inter 26. §. non omnia, ff. mandati.  
Illustrat Fornerius lib. 1. rerum quidam. cap. 29.  
cujus sterilitatis humanae varios calus in praxi  
obvios revolvit Gaspar Mancius per duos tra-  
ctatos. Utrum debitor excusat propter defec-  
tum fructuum. Hæret aliquando prædictis ipsiis  
vitium, que propter vetustatem, aut tenuita-  
tem, aut etiam quia laxosa sunt, aut pestilenti-  
osa, non solum femina uberiori mentitur non  
reddunt quām acceptent, verū & fructus ipsos,  
si qui ibi lati sunt, miserè præfocant, corumque  
viceut ait Poëta:

*Carduus & spinis crevit palmarum acutis*

Talis est fundus qui describitur à Paulo in l. si fundus, & *de rebus corum*. Si fundus, inquit, sit sterilis, vel faxosus, vel peccatilis, videndum est, an alienare eum possit, &c. Talis est ille alter, quem graphicè depinxit Apulejus lib. 2. *Florid.* his verbis: *Pariter, ut qui prædiolum sterilem, & agrum scruposum, meras rupinas & senticata miseri colant, quoniam nullus sui fructus est, nee ullam illæ suam frugem vident; sed infelix locum, & steriles dominantur avenæ, suis frugibus indigent, aliena furatim cunt, & vicinorum flores decerpunt, filicet ut eos flores caruius suis misceant.* Hæc prædia qui conducti, eti ex eis nulli, vel pauci nascantur fructus, nihil est quod sterilitas prætexu remissionem pensionis petere possit; quippe cum suæ sterilitate id impunitare debeant, qui tam pestilentem, & infatuosum fundum conduixerint, argumento s. is quoque, *Instit.* quibus modis re contr. oblig. atque hoc est, quod Ulpianus scribit in l. ex *conducto*, vers. Si qua tamen s. locati. Si qua tamen via ex re ipsa oriuntur, bac damno coloni esse, velut si *vinum corruptus*, si *raucis*, aut herbis vegetes corrupta sint. Et Papinius in l. si uno 17. s. cum quidam, qd. ed. ut, dum ait, quodam Imperatoris Antonini recipito continerat novam rem desiderasse, qui petit, ut propter verutatem vinearum, U. D. Gonzal, in *Decretal.* Tom. III. Paris I.

rum sibi remissio detur; nec contrarium statuitur in praesenti textu, dum in so, sive vito rei, sive cau fortuito sterilitas magna contingat, remissioni locus tribuitur; verisimiliter namque mihi videatur, internum & insitum vitium non debere colonam levare, cum in culpa fuisse videatur, qui ut personas, cum quibus contrahit, ita & res, super quibus contrahit, teatur diligenter inspicere, l. qui cum alio, ss. de reg. jur. & Gregorius in praesenti, cum de vito rei loquitur fine culpa coloni interveniente, à quibufdam de vito non interno, sed cau aliquo in re contingente, & ultra consuetudinem dato intelligitur, ne alioquin necessarium sit, quod Cardinalis fecit, negationem in eo textu addere, & legere, non vito rei, sed cœsa fortuito; aut cum Cujacius lib. 26. obser. cap. 32. aliam fuisse Pontificis mente ariolari, quam verba præferuntur. Illud me magis movere, quod exempla dieti s. ss qua, non videntur virtus insita sapere; nam quod vinum acidum fiat, magis ad externum damnum spectat. Quinimmo neque in consideratione esse debuit, quod ex reipla otiretur, cum proximior ratio reddi potuisse, nempe perceptione ipsa vinum conductoris fuisse factum, l. si affer, l. se servus, §. locav. ss. de furtis, cum aliis. Atque ideo ejus, ut pote domini, periculum esse, l. que foriuitus, C. de pignorat. Addo etiam plurimum hoc exemplum ab illo distare, quod tanquam similimum Alpianus subiicit, illis verbis Vel rauis, aut herbis segetes corrupte sint; cum illud ad perceptos, hoc ad nondum perceptos pertinet fructus: quæ omnia qui notarunt? Interpretes, mirum est quam in huiusmodi solutione vexentur, ut confabat ex relatis a Vincentio Catocio in tract. de locato, iii. de casibus, q. 12. num. 16. Solus Cujacius lib. 26. obser. cap. 32. cum hanc difficultatem agnovisset, rectissimè docet; èd loci vini nomine non quod collectum jam est, in dolique misum, sed uvam, aut vindemiam pendentem significari, & quæ propter loci mali- tiam, & tenitatem dura semper, & cruda manet, ita ut maturefcere non possit. Ita enim apud Catonem & Marcusum Varronem in libris de rustica: *Vinum legere*, est *uvam legere*; & *Plau- tus in Triummo*, inquit.

Vinum prius quam coactum est, pendet  
putidum.

Ad causas etiam stilettatus spectat, quod non nulli ex Gentilibus tollebant praestigii, carminibus, & magicis futuris fruges atefacere, vel <sup>Referuntur</sup> utr alia ad maximam fertilitatem deducere, quas praestigiis lex XII. Tabul. increpat illis verbis : *Qui litatis, fruges excantassis, Cereris sacer esto ; cuius menu-ni* Seneca lib. nat. 99. cap. 7. his verbis : *At Cleonis iudicium reddebant in illos, quibus delegata erat cura providende tempestatis, quod negligentiā eorum vincea vapulosissent, ant segetes procidissent.* Et apud nos in XII. Tabul. cavitur, ne quis alienos fructus excantassis : *ruditus abduc antiquitas credebat, & atrahit imberes canticibus, & repellit; quorum nibil posse fieri tam palam est, ut huius rei causā nullius Philosopphi scolha miranda sit.* Quam legem XII. Tabul. laudat D. Augustinus in libro de civit. Dei, dum ait : *Veteres Romanos ex eo hanc legem sanxisse, quod licet multa impia sacra amplexi fuis-sent, semper tamen magiam, omnesque Chaldaeorum praestigiorum rejecrunt.* Plinius etiam lib. 30. cap. 1. loquens de magia scribit : *Extant & apud Italia-<sup>13</sup> gentes vestigia eius in XII. Tabulis, scilicet Ima-*

*lib. 28. cap. 2.* Meminerunt ipsius legis Apulejus apol. 2. Servius in eclog. 8. Virgilius, quos refert Jacobus Gothofredus in 4. fontibus, ad dictam legem: ubi etiam plura congeserant Rewardus, Balduinus, Ritherulf, Hothom & Dion, Gothof. Nec omittendus Petronius *infatyr.* qui dum sagae jactationem refert, ait:

*Quidquid in orbe vides, paret mihi: florida tellus,*

*Cum volo fissaria arescit languida succis;*

*Cum volo fundi opes.*

Quod sagae facere jactabant cum imperare elementis, & dominari tempestibus mentitur jactatione evulgarent, ut refert Carnotensis ex Panentia Romano, p. 11. *Decret. cap. 36.* ad quam frugum excantationem, & magicos furiosos fugandos, conjector speciale illam arvorum confectionem, quam Arca Laurentia Romuli nutrix annuatim facere solebat, suis duodecim filiis, in cuius unius locum iam mortui Romulus successerat. Existimabat tanè Laurentia sacrificis impiis posse expiari arva carminibus; in cuius memoriam collegium Fratrum Arvalium sicut erexit, cuius sacerdotii insigne, & spica corona, & alba infusa fuerunt. Et hujus sacrificii mentio extat apud D. Augustinum *lib. 7. de civitate Dei, cap. 21* ubi referens turpitudines, quas Libero Deo tribuebant antiqui, inquit: *Liberum membro matrem familias honestissimam palam coronam necesse erat imponeare; sed videlicet si Liber Deus placandus fuerat pro eveniibus seminum. Sic ab agris fascinatum repellenda, ut matrona hoc facere cogeretur in publico.* En arva carminibus magicis fascinata sacrificiis Libero Deo factis expiari, de quibus sacrificiis loquitur Prudentius *lib. 1. contra Symmachum.*

*Venit ad usque Italos sacra cum turpis bortos,*

*Sinum lactis, & hec votorum liba quotannis Accipit, ac ruri servat vineta Sabini*

*Turpiter adfiso pudeat quem visere ramo.*

Quare autem hæc turpia sacra vocentur, explicat expolitissimus D. L. Ramírez in *Pentec. cap. 31.* Ad eandem frugum, arvorumque expiationem pertinebat cura, quæ delegata erat Arvalibus Fratribus, Iustrandi agros annuatim, ex Kalendario rusticico, quod Ambarbare sacrificium vocatur. Rustici enim erant sacerdotes, quapropter hoc illis incumbebat munus. Constat hæc ex Suetonio in *Galba, cap. 4.* Plinio *lib. 17. nat. hist. cap. 2.* Servio in *Ecclog. 5. Virgilii.* Quæ certè sacrificia pergebant Arvales, ut refert Gutherus *lib. 1. de iure man. cap. 5.* quas magicas artes non solum ad sterilitatem, verum & ad fertilitatem adhiberi prohibuerunt Ecclesiæ PP. in 6. *Synodo Trul. cap. 61.* ubi Balsam. & eorum loco pie in Ecclesia adhibentur benedictiones, de quibus in Concilio Regiat. relato à Burchardo *lib. 2. Decret. cap. 89.* ibi: *Ut presbyteri privatum fidelibus desiderantibus benedicant, & inter minutas hæc discussiones iussum est omni presbytero, per familias, per agros, per privatas domos pro desiderio fidelium habere facultatem benedictiones aperire.* Jam nonnulla notavi in *can. 49. Concilii Illiber.*

*6.* His suppositis circa istas sterilitatis causas sequentes causas distinguendi sunt. Primus causus *Resolvuntur diversi* est, cum sterilitas divina, aut humana, absque ulla culpa conductoris contingit; quo casu, sive ex causis naturalibus, sive ex incursione ho-

ustum, incendio, seu castmate, ita ut nulli fructus colligantur, contingat sterilitas, liberatur conductor ab omni penione solvenda, aut eius parte aliqua, pro rata damni accepti, iuxta praesentem texum, ex quadam juris æquitate; distinguendaque est eo casu duplex sterilitas. Prima, in qua nullus omnino fructus colliguntur, & tunc ab integra pensione colonum liberari, constat ex d. *l. ex condicione, §. si vis.* Secundus est, cum sterilitas grave damnum colono inferat ob exiguo fructus perceptos, propter quam minuendam esse pensionem, & pro rata remittendam, docetur in praesenti texu. Quanta vero debet esse illa sterilitas, dissentunt Doctores, ut videre est apud Gomezium *lib. 2. variar. cap. 3. num. 12.* ubi plures Ayllon. Placet tamen quod Covatruvia prædict. *cap. 30.* docet, tunc minuendam esse pensionem, quando colonus deducto semine, & expensis laeditur ultra dimidium justi pretii, si cogatur integrum solvere pensionem; exempli gratia si pensio sit decem modiorum, aut centum aureorum, & deducto semine, expensisque, non remaneant quinque modii, aut quinquaginta aurei; quia licet ab initio contractus pensio justa fuerit, tamen ex sterilitate superveniente grave damnum conductor patitur, ideoque ei remissio conceditur, sicut & illi competit remedium legis 2. *C. de res. in d.* cum ipsa locatione laetio ultra dimidiam contingit, ut probavi in *cap. 3. de empl. & vendit.* Quare recte eam laetionem gravem existimamus in ordine ad minuendam pensionem, quando ultra dimidiam partem pensionis promissa cogitur ex suo solvere; sicut & Imperatores in *d. l. 1.* eam laetionem gravem appellant ad rescindendam venditionem, in qua ultra dimidium justi pretii venditor laeditur. Sed haec doctrina duplicitem patitur limitationem. Prima est quoties solita est sterilitas, quia regio illa procellis, & grandinibus obnoxia est, aut patet hostium incursum, aut ager locatus vicinus est fluminis sapienti inundanti, aut bellum immineret, aut jam intus sciebatur, aut fundus natura sua inserviendus est, vel alii de causis, que sciri, & prævideri facile potuerunt; quia tunc non est locus remissioni pensionis; quia hos omnes causus conductor & prævidisse, & inservisse censerunt. Secunda limitatio est quoties conductor recipit in se omne periculum, & omnes causus fortuitos, renunciavitque iuri quod in ejusmodi causis remissionem pensionis concedit; quo in casu integrum pensionem solvit, ut pacto stet, *l. si quis domum, §. Julianus, ff. hoc tunc, nisi insoliti, & extraordinari sunt causas, nec de eis specialiter actum si, juxta texum disertum in l. fiscula, §. frumenta, ff. de contrab. emptione,* docuit Gomez ubi supra, *num. 19.* An vero etiam cum causis insoliti renunciari sunt, in foro conscientie pensio integra debatur, disputant Lessius de *justitia lib. 2. cap. 24. num. 7.* Lugo eod. tract. *disput. 29. num. 27.* Gibalinus de *juris lib. 3. cap. 3. art. 2. difficult. 3.* Secundus causus contingit quoties impedimentum percipiendi fructus rei locatae non ex ipsa rei materia, aut ex circumstantiis pro rorsus extrinsecis, sed ex ipso conductorе provenit, qui tunc tenetur ad pensionem integrum solvendam, ut docent Doctores supra citati; nec enim patitur æquitas, ut locator subeat damnum, quod culpâ conductoris secutum est. Gibalinus *difficil. 3. num. 8.* Quibus

Quibus ita animadversis varias rationes praesentia decisionis assignarunt Garanna, & ceteri repentes in praesenti. Amaya dict. cap. 3. inter quas ea praecepit placet, videlicet hanc remissionem pensionis ex aequitate juris provenire; ut enim docent Molina in iustitia disputat. 495. num. 4. Lessius lib. 2. de iustitia, cap. 24. num. 16. Logo eod. tract. disput. 29. num. 36. ex natura hujus contractus causa fortuiti nocere debent conductori, non locatori, ut contingit in venditione, cui contractui his proximus est, in quo nocere emptori, non venditori, quia conductor tuo pericolo emere videatur spem futurorum fructuum, sicut emptor rem periculum suo emit; unde ex aequitate haec remissio contingit, que initio illis juris principiis, videlicet, quod nollet conductor teneat ad pensionem praestandum obligare, nisi in mercedem & compensationem fructuum, quos si absque sua culpa non percipit, revera ad illorum mercedem, vel premium teneti non potest; atque ideo iniuste ab illo exigetur. Accedit, quod actio, vel obligatio personalis, que competit ratione rei, tollitur perempta re, l. 1. C. de jure emphyt. l. Tertia, §. final. ff. delegat. l. in nave 33. ff. hoc tit. Sicut ergo accidens tollitur sublate subiecto, l. 4. §. 1. ff. da ad. empti, & accessorum collabitus laplo principalis, l. final. ff. de pactis, l. Papinianus 8. §. sed negne, ff. de in offic. testam. & ususfructus tollitur sublate corpore, l. corruptionem, C. de usufruct. princip. Instit. eod. & rei servientis interitu jus servitutis extinguitur, l. unius ex focus, §. final. cum l. sequenti, ff. de servitut. rustic. l. final. ff. quemadmod. servit. ita interitu rei, ob quam pensio solvitur, debitor liberatur: quæ ratio mirè illustratur ex Cassiodoro lib. 3. epist. 22. ibi: Quid enim à domino agri exhibes, qnam cum non coluisse cognoscas? Et ub. 4. var. epist. 38. ubi Theodosoricus ad Faustum Prapositum scribens jubet, ut Grabashianos, atque Pontonates respectu sterilitatis tributis relevari procurentur. Et iterum epist. 50. ad eundem Faustum, ubi Campaniae habitatoribus Vetus monitis hostilitate vastatis remissionem tributum pro modo damni accepti concedit his verbis. Ut agrorum fructibus enudati subleventur onere tributarie functioni, quod fieri debere nostra me- nupicias acquiserit, ut agris ibidem diligenter infici, in quantum possessoris laboravit utilitas, sublevetur, quatenus mensuratur conseratur quantitas beneficii, dum modus integer cognoscitur laboris. Et lib. 3. epist. 4. ubi eandem tributorum indulgentiam tribuit universis provinciis in Gallia constitutis, & hostili ferocitate vastatis: Ut pro qualitate lesionis per inductionem quartam relaxata agnoscant tributariam functionem, quia non gratulamus exigerem quod tris bis noscitur solutor offere. Salvianus lib. 4. de gubern. Des. ibi: Nam illud quale, quam non ferendum, & quod non dicam nisi humana mentes, sed audire vix possunt, quod plerique pauperculorum, ac miserorum, cum res amiserint, amissarum tamen rerum tributa petuntur: cum possessio ab his recesserit, capitatio non reduci: proprietatis carent, & vestigialibus obruuntur. Posterior pars hujus assertioris, quæ compensationem sterilitatis cum ubertate admittit, non minori nititur aequitate. Sicut enim cum adeat sterilitas, damno afficitur locator, sic etiam in nimia ubertate compensati debet pensio remissa, ut ita lucri, & damni ratio pari procedat, argumento legis si non fuerit 95. §. final. ff. pro socio. Facit celebris sententia D. Ambrosii lib. 6. hexam, ibi: Terra fidelis est se quando non solvitur, alio anno superioris anni damnata compensat. Recepit ergo doct. Gregorius in praesenti, compensationem fieri debere ubertatis cum sterilitate. Remissio autem ob sterilitatem, ad quam summan fieri debeat, arbitrio judicis relinquitur. Marinis dict. 455. & si conductor in solvendis decimis negligens fuit, posteaque sterilitas contingit, remissione locum non esse, docent Gregorius Lopez in l. 22.itulo 8. part. 5. Solorzannus tom. 2. libro 1. capite 21. num. 18.

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa; nam licet communis sententia, quam sequuntur Gomez, Azor, Molina, & Lessius ubi superata, teneat, ob nimiam ubertatem augeri pensionem à principio conveniam; contrarium tam rectius docuerunt Rebello, & Filiiucis, quo sequitur Gibalinus dict. cap. 8. art. 2. ad finem. Ratio autem, quare ius magis faverit conductori, quam locatori, dum propter insolitam sterilitatem illum liberat à pensione solvenda, & tamen non obligat ad illam augendam, dum eorundem fructuum contingit extraordinaria fertilitas, difficultis non est: insolita enim illa sterilitas danum intolerandum offert conductori, si teneatur eo casu pensionem praestare: lacrum vero ingens, & insolitum ex fortuita ubertate nulli omnino nocet, cum locator semper, & facilis immo pensionem promissam obtineat. Subveniendum itaque fuit conductori in tanta calamitate, non autem locatori; cum in illa felicitate conductor plus ipse lucretur, quam suā sorte contentus lucrari voluerit. Non obstat prius augmentum difficultatis deductum ex exemplo emphyteutæ; nam responderet, emphyteus à conductione validè differre; cum enim conductori pensio constituar in compensationem fructuum, quos percipere conductor potest, emphyteuta autem non in compensationem fructuum detur, sed in recognitionem directi dominii, ut in sequenti textu dicemus, & quum est, ut conductori ob sterilitatem remissio pensionis competat, non verò emphyteutæ, qui semper agnoscere verum dominum debet: unde infert Valascus de jure emphyt. quæst. 31. quod si emphyteus celebrata sit, ita ut fructibus pensio constitua respondeat, etiam eo casu pensionis remissio datur, licet contrarium defendant Læl. Mancinus cent. 1. genial. cap. 32. ubi exponit textum in l. si uno, ff. hoc tit. Nec obstat aliud difficultatis augmentum deductum ex d. l. cum certum, l. ex eo, ff. de tritico & vino; pro quarum conciliatione cum lege legatum, §. viii, ff. de annis legati l. inter 8; §. Iacram, ff. de verb. obl. Cujacius in dicto §. viii ita distinguunt. Aut testator unicum, & quidem praesentem annum respexit, adjiciens ea verba, natus erit, vel esset; & tunc verba illa taxationem significant, quia quod praestandum est, semel praestari debet, ideoque tantum id, quod natum est, debetur, dict. l. cum certus, l. si debitor, §. verisimile, ff. de contrah. empt. Aut testator in annos singulos quid legavit; & tunc quia

Ecce 4 plures

plures anni adscripti sunt, alterque facile ex altero suppletur, & quasi mutuo vinculo conjunguntur; ideo verba illa, nascetur, vel nasceretur, taxationem non inducunt, sed ubertas unius anni supplet sterilitatem alterius.

**9.** Ex supra traditis lucem accipit textus in l. Exponitur ex conducto, §. ubicunque, ff. hoc titulo, in illis textus in l. verbis: *Ubiunque tamen remissionis ratio habet ex conducto §. nbi tur, ex causa supra relata, non id quod sua in eunque, ff. tereti conductor consequitur, sed mercede exoneracionem pro rata: supra denique damnum seminis ad colonum pertinere declaratur.* In quibus apponendam esse negationem obseravit Gothofredus libro 4. observat. capite 21. ex eo quia cum Ulpianus Servii distinctionem in §. 1. expolitam interpretaretur, nempe in vi majori, & cui resili non potest, conductorem damnum prestat, non colonum, cum æquum non sit ut colonus, supra damnum seminis

## §.

**V**erum invito inquilino domum (a) inhabitare, vel reficere poteris, si necessitas (quæ tamen non imminebat locationis tempore) id exposcat, remissa sibi pro residuo temporis (b) pensione! qui etiam inde rationabiliter amogetur, si (c) perverse ibi fuerit conversatus, vel cum canonem per (d) biennium non solvisset, sibi satisfactione (e) celeri non providit.

## NOTÆ.

(a) **Habitare.**] Consonant lex 3. C. hoc tit. & lex 6. tit. 8. partit. 5. Illustrant ultra congettus à Barbola in praesenti, & in dict. l. 3. Faber in suo C. tit. de locato, definite. 42. Tentac in quibus lib. 3. var. resol. 4. à num. 1. Cancerius lib. 1. var. cap. 14. à num. 8. Petrus Barb. in l. 26. §. ultim. ff. solvit. matrim. Olea decess. jar. tit. 3. quæst. 2. num. 24. qui limitant hujus textus regulam in scholari, qui nec prætextu habitationis à domino expelli potest; & cum hoc privilegium expellendi inquilinum personale sit, non posse extraneæ personæ cedi, refolvit Olca ubi supra, num. 25.

(b) **Pensione.**] Quod ab inquilinis habitationis causâ datum, aliquando pensione dicitur, l. 9. §. ult. ff. locati, l. 3. C. eod. tit. aliquando redditus, l. penult. §. insulam, ff. de legat. 2. apud Martialem lib. 12. epig. 32. ibi:

*Vidi t' acrya, sarcina tuas, vidi;  
Quas non retentus pensione pro bima  
Portabat uxor.*

Quo modo etiam quod à colonis solvitur, frequenter appellatur, l. fundus 38 ff. de usfr. legat. l. liberto 21. in princip. ff. de annuis legat. non nunquam redactus, quasi pecunia ex fructuum venditione redacta, l. defuncta 38. §. penult. ff. de usfruct. Quod vero ab emphyteuta solvitur, vestigial dicitur, l. cotem 17. §. 1. ff. de publicano; interdum canon, l. ultim. C. de jure emphyteuti.

(c) **Pervera.**] Dict. l. 3. C. hoc tit. l. quero, §. inter, ff. eod. Qua de re est etiam epistola Symmachii ad Praefectum Urbi, lib. 4. epist. 69.

(d) **Per biennium.**] Inde deducunt repentes in praesenti, & plures congesti à Barbola hic, inquilinum cessantem per biennium in solutione pensionis, posse à domo conducta expelli; quod

etiam probant Cajacius ex l. quero 54. §. 1 ff. hoc titulo. Verum id accipendum est, quando quis sibi pao cavit, ne ante biennium licet ob neglectam pensionis solutionem illum expellere, quo casu procedit textus in dicta l. quero 54. §. 1. ff. hoc tit. aut si ita absens est inquilinus, ut non reperiat, l. cum domini 56. ff. hoc tit. regulariter enim statim ac quis celsavit in solutione pensionis, expelli potest, dict. l. ade 3. C. hoc tit. iuncta l. penult. ff. eodem: auctoritate Judicis, non propriæ, ut exponit Bronchorst, enantioph. centur. i. assert. 82. Nec hoc casu prædestine colono quicquam potest, quod locatoris bona omnia obligata habeat, quoniam ea quoque pignorum obligatio tanquam accessoria illam eandem conditionem tacitam recipit; quam principialis; si debitor pensionibus satiscerit: unde licet inquilinus domum conductam specialiter obligatam habeat pro ipsa habitatione, sicut & locator habet usus pignoris in omnibus investitis, & illatis pro pensione; tamen dum pensionem non solvit, à domo expelli valet: juxta quæ iuris principia accipendum est Gregorius in praesenti: unde vulgo & recte separatur simplex colonus ab emphyteuta, quia iste non aliter ab emphyteuti removetur, quâns si per triennium celsaverit in solutione canonis, si res privata est; aut per biennium, si res Ecclesiæ, ex textu sequenti, ne ita facile emphyteuta tam gravidam afficiatur, quantum illud est, quod incurrat ex ammissione dominii, quod vulgo utile dicitur.

(e) **Celeri.**] Quando quid celeriter factum dicatur, arbitrio judicis relinquitur; ita tamen, ut nec præcipiti feltinatione, nec moratoria cunctatione qui facit, utatur, l. tutor qm, §. si tutor, ff. de administr. tut. illustrant Cironius ad texum in cap. final. de elect. in §. compil. Barbola de dict. Hiction. 55. & ab specie purgationis more ob cessationem

testationem in solutione canonis, probat Pi- ubi textum hunc exponit; ejus autem comen-  
chardus in dicto cap. de mora, num. 99. & 110. tarium dabimus in textu sequenti.

## CAPVT IV.

(a) Idem.

**P**otuit (b) emphyteuta (c) Ecclesiâ primitus requisitâ, eique nunciato, quantum sibi ab aliis offertur, si nolle se emere dixerit, vel à denunciationis tempore duorum spatiū mensium sit clapsus) meliorationes & jus sibi competens aliis vendere quia ab emptione hujusmodi minimè prohibentur. Emphyteuta quoque secus præsumendo, vel cessando in solutione canonis per biennium (nisi (d) celeri satisfactio- ne postmodum sibi consulere studuisse) justè potuisse repellere, non obstante quod ei ut canonem solveret, non extitit nunciatum; cum in hoc casu dies (e) statuta pro domino interpellet.

## N O T A E.

(a) [Dem.] Gregorius videlicet IX, qui præsen- tem constitutionem de promptis partim ex 1. C. de jure emphyt. partim ex novella 120. §. 2. ut intrâ dicimus.

(b) Emphyteuta] Hujus vocis, & contra- dictus emphyteutis originem dedi in cap. ad aures, de rebus Eccles.

(c) Ecclesia.] Quatenus Ecclesia possit res proprias in emphyteusim dare cum debita solemnitate, disputat Sarmiento libro 3. selectarum, capite 8. etiam exposui in dicto cap. ad aures.

(d) Celeri.] Certum est, debitorem morosum etiam ante litis contestationem, ubi dies & pena adjecta est, moram emendare non posse, ut constat ex 1. magnam, 2. de contrab. stipul. l. cum quis 22. ff. de oblig. & oblig. l. Celsus 28. ff. de recept. arbitr. l. 1. §. nisi forte, ff. de pen. legat. l. 4. ff. de lege commisoria, l. Thais, §. intra, ff. de fiduciocommiss. libert. l. 1. §. final. ff. l. 2. §. nullius, 3. C. de jure emphyt. Ratio est, quia his duobus concurrentibus, scilicet die & penâ statim incurriendâ, & lapsum dei, manifeste appetat, partes noluisse ut mora purgaretur; & ideo cum celer æquitas, quâ initium moræ purgatio, l. si servum 91. §. sequitur, ff. de verb. obl. quia nihil est æquitati magis conveniens, quam pacta ser- vare, l. in princip. ff. de factis, præterim cum post diem conventam præteritam creditori res qualia sit; consequens est, ut eo invito per purgationem mora res ab eo auferri non possit, l. penali, ff. de factis, docerunt Cujasius, Duarenus, & Donellus in l. si insalam, ff. de verb. obl. Loriotus de mora axiom. 2.6. Hothomanus lib. 2. obliqu. cap. final. Valascus de jure emphyt. quæst. 5. Sese tom. 2. decisi. 205. Covar. lib. 3. variar. cap. 17. num. 4. igitur non restâ in praesenti textu docetur, emphyteutam, qui cessat in solutione canonis per biennium, & per consequens cadit in commissum, posse moram purgare canonem solvendo. Accedit, quod contrarium docetur à Justiniano in l. 2. ver. Omni modo, 3. C. de jure emphyt. pro cuius difficultatis solutione com- muniter repetentes in praesenti, & plures relati à Covar. & Valafco ubi supra, Bronchorst. ms. scel. cent. 1. assert. 46. assertunt Gregoriu in praesenti specialiter esse accipendum in emphy- teutis ecclesiastica, in qua magis æquitas attendi

speciel,

specie, qui moram ita purgavit, re perempta liberatus ipso jure; debitor vero nummorum illis amissis liberatur ope exceptionis, dict. l. interdum, §. ultim. l. stipulari 105. ff. de verb. obl. l. quidem 72. ff. de solnt. Rationem reddit Donellus in dict. §. sequitur, nūm. 5. Ut autem hac purgatio moræ contingat, debet fieri mature, congruo tempore, & loco, ut generaliter de quoque moroso docetur in l. 3. vers. in utroque ff. de condit. tritic. tenent Chumaceto dīpi. 6. num. 6. Suarez de Mendoza lib. 1. ad leg. Aquil. cap. 4. sect. 5. Cujacius tract. 4. ad Afric. in l. qui hominem 37. Et licet in dict. l. 3. agatur de obligationibus dandi, idem dicendum est in obligationibus faciendi, l. quid tamen 21. §. ultim. cum l. sequenti, ff. de recepe, veluti si debitor facit faciat ante item contestatam, quia non videtur interesse ejus, qui adhuc item contestatus non fuit, l. si insula 84. ff. de verb. obl. Donellus in dict. §. sequitur, num. 8. quia in obligationibus, quæ diem non habent, necessaria est declaratio iudicis, ut committatur mora, l. mora 32. ff. de usuris: ergo antequam lis contestetur, potest mora purgari; post item autem contestatam amplius mora in obligatione faciendo emendari non valet, dict. l. si insulam 84. quia tunc incipit deberi interesse, vel pena, si promissa fuit, & non ipsum factum, cum quasi novatio contigerit. Facit textus disertus in l. si Titius 9. ff. de verb. obl. ubi si ita concepta sit stipulatio, Si illi fundum non dederis, mihi dare spondes? licet illi dare antequam ego petam, sed post item à me inchoata amplius non licet, quia imprimitur tantum conferunt factum solvendi, ut possit illi fundus praestari; cui locutus non est post item à me contestatam, ut etiam docetur in l. si pacto 14. C. de partis, l. nudus, C. de contrah. stipul. Donellus in dict. §. sequitur, num. 10. Gifanius in dict. l. si pacto, Cujacius lib. 19. obser. cap. 32. Et cum hæc ratio specialis sit in obligatione faciendo, contrarium dicendum est in obligationibus dandi, quia in eis quandounque reus solverit, sine detrimento creditoris absolvetur. Donellus ubi supra, num. 11. Nec obstat hinc doctrina textus int. si post tres 8. ff. si quis cauionib. natr. recte textum illum accipiunt in stipulatione judiciali, seu prætoria, Bartolus in dicta l. si in insula, num. 4. Orosius in dict. l. si post. tres, num. 5. Donellus in dicto §. sequitur, num. 11. Gifanius supra, num. 23. Et 24. Antonius Faber lib. 6. contet. cap. 7. Vitalis lib. 1. var. cap. 7. num. 7. explicat D. Josephus de Retes in Academ. ad tunl. de verb. obl. propos. §. num. 3. unde deducitur, quod purgationem moræ aliud dicendum esse de adjectione diei, ac de his contestatione; quia in obligationibus faciendo post item contestatam non potest purgari mora, nec amplius opus debetur; sed pœna: at vero post diem lapsum potest emendari mora, licet hodi in praxi, cum omnia judicia absolutoria sint, & nulla quasi novatio per adjectiōnem pœna contingat, omni tempore, etiam in obligatione faciendo, mora purgari possit, ut resolvit D. Josephus de Retes ubi proximè: & circa hanc mora extensionem observandi sunt textus in l. Stichim 95. in princip. ff. de solnt. l. 1. §. iurem. ff. ad leg. Falcid. l. si purè, ff. quando dies leg. l. 8. ff. de collat. bon. l. 7. l. 8. §. si annua, ff. de pignorat. act. junctis Cujac. lib. 10. 99. Papin. in d. parvi, ff. de condit. furiva, & lib. 2. in l. 175.

ff. de verb. obl. & lib. 25. obserb. cap. 17. Fabio lib. 6. conject. cap. 7.

(e) Dies statuta interpellat pro domino. Etsi omnis obligatio, in quibus dies non apponitur, praesens obligatio sit, atque ideo statim, aut saltem post modicum intervallum, id quod debetur, exigi possit, l. in omnibus 14. ff. de reg. iur. l. quod aximum 10. ff. de solnt. l. cum qui q. §. 1. ff. de verb. obl. l. promisor 21. §. l. ff. de consu. pecun. Duatus in l. interdum 73. ff. de verb. obl. Covar. in regul. pecuniar. 1. p. in princip. interim tamen dum creditor debitorem non interpellat, ab eoque debitum petit, in mora non constituitur, l. mora 32. ff. de iur. l. viii 22. lecta 40. §. pactum, ff. de rebus credit. l. si ex legat. 1. nemo 82. §. final. l. in insulam 84. ff. de verb. obl. l. Tilia 36. §. si alteri, ff. de legat. 1. pluribus relatis probat Velatetus de priv. pauper. 1. p. quest. 25. num. 1. Pichardus Dbnel. & ceteri scriptores de mora. Ceterum cum frequenter contingat, ut inter contrahebas ab initio dies certa solutioni prescribatur, in hereditate dubitatur, an hoc casu ad moram committendam aliqua interpellatio desideretur, vel dies ipsa solutioni adjecta interpellat pro homine; idemque quæritur, cum dies solutioni adjecta est à lege, vel à testatore? In qua questione nonnulli relati à Ferreto in tract. de mora, num. 22. existimant, eo casu pars interpellationem necessariam esse. Moventur primò ex regula juris civilis 8g. ubi caverit, moram nullam fieri, ubi petitio non adest; ex dict. l. mora, dict. l. si ex legat., ubi docetur, moram tunc committi, cum postulanti res non traditur. Secundò, quia cum dies adjecta sit favore profilioris, l. quod in diem 70. ff. de solnt. l. cum templo 17. ff. de reg. iur. si sola die mora committeretur, favor hic in odium converteretur, atque ex eadem re quasi contraria effectus resultarent, contra legem quod favore, C. de legibus, l. legata, ff. de admod. legat. l. 3. §. si emancipatus, ff. de bonor. posse contra tabul. Tertiò pro ea sententia expendi potest elegans textus in l. trajectitia, §. de illo, ff. de obl. & alio. ubi quatinus obligatio diem habeat, per interpellationem tamen mora committitur, ut ex illis verbis appetat, Si interpellatus morato ipse fecerit. Quartò facit pro ea sententia textus in l. 1. §. ultim. ff. de pericolo & commod. rei vendita, ubi cum vinum venditum esset eā legē, ut ad certum diem meteretur, & tolleretur, & si id factum non esset, licet venditori illuc effundere; adhuc tamen respondit Ulpianus, etiam die elapsa effundi non posse, sed empotrem restato denuncandum, & interpellandum esse. Facit doctrina Glofz communiter recepta in cap. quoniam; §. porro, ut tue non contes, que docet, clericum absentem à sua Ecclesia cum licentia proprii Episcopi, etiam die accedentes non censi morolum, nisi iterum ab Episcopo jubeatur ad Ecclesiam redire.

Contrariam tamen sententiam, videlicet ex lapsu diei absque interpellatione moram induci, & ita diem pro homine interpellare, sive à judice, sive legi, aut statuto, à testatore, vel contrahentibus dies adjecta sit, probant textus in l. magnam. 12. C. de contrah. stipul. l. 2. §. sin autem, C. de iure emphyte. l. trajectitia 22. ff. de obl. & alio. l. vinum 22. ff. si certum petatur, l. final. ff. de condit. triticar. l. pecunia 9. in fine, l. evitatis 18. ff. de nsur. l. 1. vers. nisi forte, ff. de pen. legas.

legat. l. si fundum 114. l. ad diem 77. ff. de verb. obi. l. si duo, in fine, l. promissor, §. 1. ff. de confess. pecun. l. & si post tres 8. ff. si quis cauit. l. Celsus 27. ff. de recept. l. liberus 18. l. manumis. ff. de alimento. legat. l. fundus 4. §. Marcellus, ff. de leg. commiss. l. & Amilius 59. ff. de minor. quibus consonant lex 18. lex 35. ut. 11. & lex 8. m. 14. partit. §. quam sententiam tenuerunt pluribus relatis Velatus dicit. quæst. 25. num. 2. Pichardus in disputat. de mora. num. 67. Bai bosa in l. simora. num. 11. ff. solut. marini. Robertus lib. 1. sentent. capite 17. Charondas libro 1. vero fuisse capite 20. qui variis ampliationibus eam doctrinam illustrant. Quæ sententia retentæ non obstant contraria fundamenta. Non primum deductum ex dicta regula Nulla; nam verum est. morare non committit ubi peccato, seu interpellatio non est: l. d. iuxta sententiam, quam defendimus, interpellatio adest; siquidem dies interpellat pro homine, & supervacua esset alia petitio, cum jam ab initio de voluntate creditoris constet; & debitor certus sit, sciatque quo tempore solvere debeat, ut argumento legis quæratur. s. ultim. ff. de adulst. edit. docuit Donellus pag. 90. & 92. Nec secundum argumentum obstat, in quo dicimus, diem adjectum in favorem debitoris, in ius odium retorqueri non debere; accipendum enim est, quoad ipsatum, sive intervallum mediū temporis. Verum si tempus illud sibi ad solvendum datum, labi patatur, planè absurdum est dicere, id ei nocere non debere; nam quo majus tempus ad solvendum à creditore imputavit, est eo nequior ejus frustatio, ob quam à jure in eo punitur, ut statim in mora constituantur; idque non tam quia intra tempus, quod habuit, non solvit, ut docuit Decius in dicta. l. si vinum. num. 9. cui paucis mutatis subscripti Robertus d. & o. cap. 17. Planè si dies non differenda, sed tollenda obligationis, aut memorie, demonstrationis, vel commodioris præstationis gratia adiectus esset, ut in specie textus in l. emporium 12. §. denique, ff. de act. emps. l. liber 118. §. 1. l. ita stipulatus 115. vers. quod si, ff. de verb. obi. l. si cum prefinitione 20. vers. final. quando dies legat, tunc quia superior ratio non militat, verum erit, per dei lapsum moram non induci, cum alia prius mente adiectus fuerit. Nec etiam obstat dicta lex træctitia. §. de illa: nam si rectè textus ille perpendatur, potius favet nostræ sententiae, quia h. & Africanus proponunt servum cum debitorum ad pecuniariam træctitiam recipiendam missum, illum post tempus ut solveret interpellasse; statim tamen docet, hujusmodi interpellationem necessariam non fuisse, quod significant illa verbis: Amplius etiam omnino interpellatus non esset. Nec contrarium probatur in illis verbis: Si interpellatus ipse moram fecerit. Nam ibi nullo modo docere voluit, interpellationem desiderari; sed supposito quod dixerat, tervum de facto interpellare debitorem, incipit tractare, an si debitor sententiam dæctus pecuniariam obtulerit, moram semel comitiam emendare possit, & à pena, quam temel debere coperat, liberari? Et non liberari responderet, & rectè, ut expoluit Cujacius in eodem texu. Minorem difficultatem continet textus in dicta l. ultim. ff. de pericul. nam ibi contrahentes non convenireunt, ut ad certum diem vinum effundere licet; quod si id pacto comprehendetur, verè posset dici, diem

## COMMENTARIUM.

**E**X præsenti Gregorii constitutione sequens <sup>6.</sup> communiter deducitur disputanda assertio: <sup>Conclusio</sup> Emphytenta cadit à jure suo, si jer biennum cesset traditur, & in solutione canonis, aut vendu melioratione irreprobatur. quæsto domino. Probant eam textus in l. 2. & 3. C. de iure emphyt. aubert. quires. C. de sacrof. Ecclesi. novella 12. §. 2. collat. 9. l. 28. tit. 8 pars. §. Illustrant ultra congettus à Barbosa & Garanna, Canisius & Cujacius in præjenti. Velalcus de priu. pauper. part. 1. quæst. 33. per tot. Acacius Ripol. variar. tenui. de jure emphyt. cap. 7. Sesse tom. 1. decisi. 35. & tom. 2. decisi. 205. Sarmient. lib. 3. selec. cap. 8. Bronchorst. enancioph. centur. assert. 83. & miscel. assert. 45. & 46. Gibalinus lib. 4. de usuris. avic. 1. de emphyt. cap. 3. Mancinus sacri iuris controv. assert. 25. & libro 1. genial. cap. 29. Cujacius in l. 3. C. de jure emphyt. Redoanus de rebus Ecclesi. quæst. 74. Zypeus consult. 1. ad hunc titul. Hermilla in l. 55. glof. 2. & in l. 42. glof. 2. titul. §. part. 5. Cancerius l. tom. var. cap. 11. Olea de cess. jur. tit. 3. quæst. 2. numero 19. Matrice de different. utriusque fortis quæst. 36. Elfricus Hunnius in encyclop. part. 3. tit. 2. cap. 2. Richerius in dict. authenticæ qui res. Faber de error. decad. 95. Corrasius 2. tom. ad titul. C. de jure emphyt. in l. 2. Brito ad hunc textum, Ritheruthius ad dictam novellam 120. justiman.

Sed pro dubitandi ratione adversus priorem partem hujus assertionis ita infugo. Alienatio-<sup>7.</sup> Traditur verbo, tam venditio, quam donatio com. ratio deci- prehendi- dendii.

pretenditur, l. alienationis, ff. de v. f. cap. nulli, de rebus Eccles. sed emphyteuta potest donare irrequisito domino jus, quod in emphyteusi habet, & melioramenta, l. in conventionibus 219. ff. de v. f. docent Donellus lib. 9. comment. cap. 14. Bronchorst. centur. 1. assert. 80. igitur & vendere poterit. Augetur hæc difficultas ex eo, nam qui à filio rem in emphyteusim accepit, potest inconsulto filio rem ipsam in alios transferre, l. C. de fund. parvum. lib. 11. probat Faber decad. 64. error. 1. igitur & rem privatam accipiens poterit eam vendere, seu ejas melioramenta. Contra aliam partem ipsius conclusio-  
nis, ubi assertur, per cessationem solutionis per biennium emphyteusim amittit, obstat quod, ut emphyteuta amittat emphyteusim, & cadat in commissum, non per biennium, sed per trien-  
nium debet cessare in solutione, l. in emphyteut.  
C. de jure emphyteut. Novella 7. Justin. capite 3.  
S. Iure, Jul. Clasus s. emphyteusis, quæst. 27. Igi-  
tur non sufficit per biennium cessare in solutione,  
ut in praesenti doceatur.

8.  
Traditur  
dubitandi  
ratio.

Quibus difficultatibus minime obstantibus  
vera est præsens constitutio, pro cuius ratione  
percienda, omisssis quæ de emphyteusis origine, & legibus adduvi in cap. ad aures, de rebus Eccles. sciendum est, quod etiæ emphyteuta do-  
minum utile ipsum rei in emphyteusim datæ  
habeat, ut practici docent, non tamen potest  
pro libito de eo disponere; neque enim ius em-  
phyteuticum, seu melioramenta à se facta ven-  
dere, nisi denunciatione prius vero domino fa-  
cta, ut ipse, si velit, melioramenta emat, alias si  
irrequisito domino vendat, omne jus, quod in ipsa re habebat, amittit, emphyteusisque ca-  
dit in commissum, & ad dominum directum redi-  
dit; quod magna ratione introductum est, ne  
videlicet inconsulto domino cui dominium  
directum competit, ipsa res alienetur, l. final.  
C. locati, Faber decad. 95. cum sequentibus, Hun-  
nius volum. 2. disp. 2. quæst. 31. Corrasius 2. tom.  
fol. 366. tum quia ipse verus dominus est; tum  
quia res omnis ad libertatem maximè properat;  
tum etiam ut ob novæ emphyteusis creationem  
laudem dominus consequatur, quod ex l. ultim.  
C. de jure emphyteut. præstare tenetur  
omnes, qui cùm in contractu comprehensi non  
essent, postea vocantur ad emphyteusim; & ut  
cognoscatur, nec contempnatur dominus, in  
eamque difficultatem perducatur invitus, ut si  
ageat velit, & rem vindicare adversus eum, in  
quem translatæ emphyteusis fuerit, jus dominii  
sibi competens (quod difficultatum cuique est)  
ostendere compellatur, ut docent Corbulius de  
emphyteusis in proem. ampliat. 31. num. 11. Man-  
cinus dict. differt. 24. num. 3. In alia etiam parte  
hujus textus recte doceatur, non solventeris ca-  
nonem per biennium, privari ipso iure emphy-  
teusi; quia à jure præscripta est haec pena con-  
tra non solventem canonem debito tempore.  
Unde cùm in pena legali dies interpellet pro  
homine, transacto biennio statim emphyteusis  
cadit in commissum. Querunt tamen interpre-  
tes, an emphyteuta non solvens canonem per  
biennium, ipso iure excidat ab emphyteusi; an  
vero opus sit sententia, saltē declaratoria? Et  
ipso iure excidere, docuerunt Baldus, Salice-  
tus, & Corrasius in dicta l. 2. C. de jure emphy-  
teuti ex eodem textu, ubi potest datur domi-  
no repellendi emphyteutam; & ext. penali.

C. de pignorat. action. l. quirasario 20. ff. codem,  
abi dicitur, creditorem posse propria auctoritate  
ex pacto auferre pignus à debitore. Igitur si  
hoc licet ex conventione, multò magis ex legis  
auctoritate licebit domino expellere emphy-  
teutam. Contraria tamen sententia æquior &  
probabilior est, videlicet desiderati judicis sen-  
tentiam, ut declaretur, emphyteutam cadere ab  
emphyteuti, ab eaque expelli; nam in eodem  
casu, felicit ob non solutum canonem, pro-  
nunciatum esse à judge, fundum emphyteuti-  
cum ad dominum reddisse, probatur ex l. lex  
vestigial. ff. de pignor. Et licet res ipsa jure cadat  
in commissum, tamen judicis ministerio opus  
est, ne singulis concedatur quod publicè per  
magistratum fieri debet, l. non est singulis, ff. de  
reg. iur. l. dotti 9. C. solvit. marim. Nec obstat  
textus in dict. l. 2. C. de jure emphyteut. ubi verbum  
repellendi, ad juris intellectum referri debet, &  
non significat corporalem dejectionem, sed le-  
gitimam expulsionem, quæ non fit de facto, sed  
per juris remedia, l. ext. ff. quod metis causā.  
Nec obstat quod de creditore expendebamus;  
nam creditor potest propriâ auctoritate ex pacto  
pignus auferre, si debitor non resistat, alias non  
potest occupare possessionem, nisi interveniente  
auctoritate judicis. Nec interest ad hoc,  
ut dominus expellat emphyteutam, quod aliam  
poenam stipulatus sit, nisi pensionem solvat de-  
bito tempore, quia cùm aliquid adjicetur obli-  
gationi, per hoc non est ab ea obligatione re-  
cessum, l. 4. 8. si ex conventione, ff. de re iudic.  
docent Corrasius in dict. l. 2. numero 32. Bron-  
chorst. centur. 1. assert. 33. Giballinus de usuris  
libro 4. capite 1. art. 1. Nec obstat textus in l. post  
diem, ff. de lege commiss. ubi qui fundum ven-  
didit sub lege commissoria, si petat preium  
post diem præstitutum, & deinde velit uti jure  
commissi, non auditur, quia non licet simul  
preium, & pensionem petere, l. ultim. ff. de eo quo  
certo loco, nam hoc procedit, quia vendor tun-  
contra intuitus intendit, siquidem petendo preium,  
ratam facit venditionem, ad pensionem verò com-  
missi agendo, eam impugnat; quod non pro-  
cedit in nostro casu. Nec etiam obstat textus  
in l. 4. 8. Labeo, ff. de dol. except. l. ita si-  
pulari 115. ff. de verb. obl. l. re scriptum 11. 8. 1. ff.  
de pactis: ubi dicitur, non posse simul pensionem  
exigi, & rem propter quam pensionem promissa est;  
nam id procedit quando pension per se non fiat,  
sed accedit principali obligationi, tunc enim  
perempta principali obligatione tollitur quo-  
que accessoria obligatio pensionis usuriarum, seu in  
id quod interest, l. qui per collisionem, §. ultim.  
ff. de action. empti, l. 4. C. depositi: pena vetio  
expulsionis ab emphyteuti non est accessoria,  
sed æquæ principals. Nec etiam obstat lex vesti-  
gialis, §. ultim. ff. de public. & vestig. ubi dicitur,  
quod si conductor vestigialum non exalvat  
pensiones, potest expelli à jure vestigialis, vel  
ad ulteras pensionis conveniri, & utrumque no-  
recte peti. Nam respondetur, ibi agi de publi-  
ci pena, expulsione nempe, & ulteras pen-  
siones non soluta, quarum altera dominus de-  
bet esse contentus; in nostro autem casu pena  
suspitione comprehensa, loco principalis de-  
bet, id est, annua pensionis, petitur. Pro-  
sequuntur latius alias quæsiones resolventes cir-  
ca hanc pensionem amissionis emphyteuti, Selle  
tom. 2. dict. 204. & sequenti. Velatus de privi-  
pauper.

páuper, quæf. 33. per tot. Bronchorst. dict. affert. 80. cum sequent.

Nec obstat prior dubitandi ratio supra expen-  
dientia la; nam verum est, tam in emphyteusi privatâ,  
quam à fisco accepta, emphyteuticarum posse  
jus ipsius, & melioramenta invito domino do-  
nare; non vero vendere. Ratio differentia ex  
eo provenit, quia dominus ideo admonetur,  
ut supra dixi, ad hoc, ut si velit idem pretium  
afferte, preferatur; in casu autem donationis, si  
necessario admonendus esset, semper veller ut  
ubi donaretur; nec facile pertinenda est ea  
in iuria à colono, cùm non tam facile quisquam  
donet, quām vendat: in hoc rei premium captatur,  
nillo res perditur, l. 7. ff. de douat. Sic mulier non  
prohibetur donare, sed fidejubere prohibetur, l.  
4. in fine, ff. ad Vellejan. Decuriones nihil vetat  
prædicta donare; vendere, sperato scilicet prelio,  
es non licet, l. 1. l. ultima, C. de prædictis Decur.  
docuerunt Corrasius in d. l. 2. n. 9. Fornerius lib. 2.  
scit. cap. 30. & ita hoc casu locum non habet  
regula legis cuius in 163. ff. de reg. Jur. Nec obstat  
textus in, universa, C. ne rei domin. vel temporal,  
ubi statuit, quod Ecclesiæ, vel Reipublicæ  
bona emphyteutica nullo titulo oneroso, vel  
lucrativo alienati possint. Nam respondetur,

quod emphyteuta post jus suum donare, modò  
citra fraudem, & cum hac protestatione donec,  
quod velit jus Reipublicæ, atque Ecclesiæ per  
hoc salvum atque incolme manere: docuerunt  
Bronchorst. dict. affert. 80. Osvaldus lib. 3. Donel.  
cap. 15. littera l. & H. Nec obstat etiam alia dif-  
ficultas, nam pro ejus solutione discrimen est  
constituendum inter emphyteusim Ecclesiæ, &  
à privato concessam; nam in emphyteusi Eccle-  
siæ sufficit cessare in solutione per biennium; in  
emphyteusi vero privata desideratur cessatio solu-  
tions per triennium.

Suprà traditis obstat textus in capite 3. de di-  
lat. in illis verbis: *Quod pensio de possessionibus Exponitur  
soluta non fuerit ipsi Ecclesiæ, elapsis jam tribus cap. 3. de de-  
annis. In quibus supponitur, adhuc per celsatio-  
nem solutionis per triennium non amitti em-  
phyteusim. Igitur non rectè in præsenti affertur,  
cessantem à solutione canonis per bienitum  
amittere emphyteusim. Pro cujus difficultatis  
solutione dicendum est, in eo textu non agi de  
pensione ex causa emphyteusis debita, sed ex  
alii causa locationis. Ponamus quod Ecclesiæ sit  
persolvenda, in ea ob cessationem in ejus solu-  
tione res non cadit in commissum, nec qui cessavit in  
solutione, amittit.*

## TITVLVS XIX.

De rerum permutatione.

### CAPVT I.

*Ex Concilio apud (a) Silvan.*

SIPrinceps voluerit rem mobilem sanctis locis præstare, & accipere ab eis aliam  
dimmobilem, coque modo de communis voluntate permutationem contrahere;  
licet ei hoc facere, si causa rationabilis id exposcat, & res, quam præstiterit, (b) ma-  
jor fuerit, vel æqualis, pragmatica sanctione super hoc promulgata.

N O T A E.

(a) *Silvan.*] Ita etiam legitur in prima collectio-  
ne, sub hoc tit. cap. 1. apud Burchardum vero  
lib. 3. Decreti, capite 164. citatur textus hic ex  
novella 7. cap. 2. & rectè, cùm verba hujus tex-  
tus reperiatur in novella 7. Juliani antecessoris,  
de rebus Ecclesiæ, cap. 2. ex qua transcriptis Irne-  
tius authenticam sed & permuttere, C. de sacro  
Ecclesie, quæ extat apud Gratianum in cap. 3. 10.  
queff. 2. ex quibus locis in aliqua Synodo apud  
Silvanum celebrata transcripta fuerunt hæc  
verba, ut jam notavi in cap. 1. de rebus Ecclesie, &  
etiam legitur inter Capitularia Caroli, & Ludo-  
vici lib. 2. Capitul. cap. 130. Quare si originem hu-  
jus sanctionis queramus, à dicta novella 7. eam  
repetere debemus; si autem ipsam sanctionem fir-  
mavimus in d. lib. 2. Capit. cap. 30.

(b) *Major fuerit, vel æqualis.*] Hæc verba non  
D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars 1.

extant in dicta novella 7. nec in dicto Capitulari;  
reperiuntur tamen in dicta authentica.

### COMMENTARIUM.

P Ermutationes rerum Ecclesiæ P.P. Eccle-  
siæ semper improbarunt, & abhorserunt, &  
maxime Prælati Ecclesiæ Gallicana excolæ visæ  
fuerunt, ut ex Conciliis Parisiensi, Valentino,  
& Meldensi probat Antonius Augustinus lib. 15.  
epitom. tit. 43. justa tamen causâ suggerrente eas  
permisissent, unde extat in Decreto Burchar-  
di sequens rubrica: *Ut non sit eas alicui unius  
Ecclesiæ terram, nisi cambiaverit, vertere ad  
aliam. Cambiare enim est permutare, ut in  
lege Salica, titul. 39. §. 1. ibi: Si comparere  
aut cambiare dixerit. Nec similes permutatio-  
nes etiam ex justa causa celebrare licebat in  
Gallia, nisi de licentia Principis. Concil. Ma-  
tisc. can. 4. ibi: A sancta Synodo decreatum est, &*

Ff Imperialis